

ratione sequentes, aut cum iactura nostra ab illis diuidamur: aut non sine nostro detrimento illis uniamur. Neq; em̄ his, qui simpliciter & sine vlla ratione discedendum esse aiunt a Latinis, tanq̄ longe a veritate aberrantibus, assentiendū arbitror: neq; his etiam obtemperandū, qui nulla suadente ratione incumbendū dicunt esse vnioni. Enimvero assiduo studio, diligentiq; inuestigatione veritatis, & exactissimo iudicio doctores sacros tanq̄ duces sequi oportet: & per hanc viam, vtpote quæ sola iuta sit, atq; omni periculo libera, finē iam diu optatum attingere. Hæc mea est de huiusmodi rebus sententia, hoc ego, viri clarissimi, sentio. Quomodo aut̄, quibusve medijs finē nobis proposui tum assequi possimus, subinde dicam, deo fretus, quanq̄ ingens profecto certamen & non mediocre onus subire me intelligo. Verum ea est conditio præsentis rei: vt hominem efflagitet, qui libenter pro veritate periculum subeat: nihilq; magnum aut dici, aut fieri potest: nisi quis, quæ sibi vera videantur, forti animo dicat: paratusq; sit calumnias & pericula pati pro defensione veritatis. Hinc autem exordium sumam, dei optimi, maximi auxilio fretus.

¶ Probatio, q̄ necesse est sanctos doctores tum Occidentales, tum Orientales inuicem esse concordēs. Cap. II.

Math. 10. b. c.

Iohan. 16. c.

Math. 13. d.

Dominus noster Iesus Christus cū discipulos suos ad prædicandū inter gentes euangelium mitteret: multa, quæ eis euentura erant, prædicans: & inter cætera, q̄ ante reges & præfides sua causa ducerentur: nolite (inquit) cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur em̄ vobis in illa hora quid loquamini. Non em̄ vos estis, qui loquimini, sed spūs patris vestri, qui loquitur in vobis, manifeste his verbis significans, quæcunq; ab illis dicerent, sua esse verba & spūs sanctū in illis loquentis: quem alibi superuenturū affirmavit, docturumq; eos omnē veritatem: vt etiā verba ipsorū spiritu veritatis in eis loquente, veritas & vita essent. At qui verba hæc, ne mo est, qui ambigat, non modo ad primos illos referri saluatoris discipulos, quibus clarum est, vt præsentē eum intuerentur, sed etiam ad pastores ecclesiarū, & doctores cæteros, qui post apostolos euangelium prædicauerunt. Hoc em̄ & ipse saluator probat, cum inquit: Quæ vobis dico, omnibus dico, & res ipse manifestissimæ ostendit. Si quidem priores cuncti doctores ipsdem claruerunt operationibus & signis, q̄ diuini verbi prædicatione diuinū verbum nō minus per eos, q̄ per apostolos exsequimur signis confirmatū fuit: vt palam omnibus sit, ipsos quoq; sanctos patres & doctores Christianæ fidei dei per spm̄ sanctum loquutos fuisse: verbaq; ipsorū saluatoris nostri verba extitisse: ceterū aduersus tyrannos & præfides & veritatis hostēs, certauerunt, scripsere, & palam veritatē prædicauerunt. Quo fit, vt necesse sit, eos sibi inuicem consentanea dicere: & ratio cogit fateri, nihil ab illis dictū esse, quod inuicem repugnet ne minimis quidē in rebus, aliter em̄ non veritatis magis q̄ mendacij spūs in illis loquutus fuisset. Mendacij namq; proprium est, nec hoc nec illud asserere: quemadmodū sapientis signū est, sibi assidue consistare, nullisq; in rebus a cæteris sapientibus discrepare. Quanto igitur homines sapientes, sapientiæ & veritatis spūs antecellit, tanto magis necesse est, eum sibi ipsi consentaneū eē. Et si quis forte sit, qui sanctos patres & doctores nostros cōtraria inuicem dixisse existimet, eum profecto cū infidelibus & crucis hostibus connumerari fas est, qui hinc arguerent fidem nostrā consueuerunt: contrarietates quasdā & contradictiones sacrarū literarum inter se fingentes: quas tamē nemo præter ipsos, tales existimat, cōtra quos vniversi doctores certant: eosq; calumniatores esse veritatis arguunt, cōsentaneam sibi eē vbiq; sacram scripturam asseuerantes. Præterea cū nos per hunc modū gentiles, & eos qui extra nostrā ecclesiam sunt, arguamus, ignorātiāq; eorum comprehendamus, philosophos scilicet, & fidei eorū præcones, in q̄ plurimis sibi inuicem cōtradicentes, ostendentes, quomodo etiam cōtra nos ipsos hoc idem acceptabimus: & nostros doctores eiusdem criminis reos esse arbitrabimur: nisi & nostrā ipsi sponte nostra euertere velimus fidē. Sed ab sit hoc a Christi ecclesia alumnisq; eius. Videmus etiā nunc vniversalia cuncta concilia, patresq; in eis cōgregatos, de dogmatibus propositis nō humanæ sapientiæ persuasiōnis, non artificij verborū, non rationibus naturalibus, nō deniq; syllogismis vfos fuisse, sed autoritate dumtaxat nudaq; ipsa verba superiorū doctōrū, qui eos tempore præuenierunt, tanquā rectā regulam gloriæ veritatis sequutos fuisse: & per ea quascunq; de fide quæstiones terminasse, sanctorū patrum & vestigia sequendo, quare